Fragmentarium

erunt· Vide quõ mandata tua dilexi dñe· et
in misericordia tua uiuifica me· Principiū uerboꝝ
tuoꝝ ueritas· in eternum omnia iudicia iusticie
tue· Gloria p·
Principes ꝑsecuti sunt me gratis et a uer
bis tuis formidauit cor meum· Letabor ego
sup eloquia tua· sicut qui inuenit spolia mul
ta· Iniquitatē odio habui et abhominatꝰ sum
legem autē tuam dilexi· Septies in die laudē
dixi tibi· sup iudicia iusticie tue· Pax multa
diligentibꝫ legem tuam et non est illis scanda
lum· Expectabam salutare tuum dñe· et man
data tua dilexi· Custodiuit anima mea testi
monia tua et dilexit ea uehementer· Serua
ui mandata tua et testimonia tua quia omnes
uie mee in conspectu tuo· Appropinquet deꝑca
tio mea in conspectu tuo dñe· iuxta eloquium
tuū da m̄ intellectum· Intret postulatio mea
in conspectu tuo scd̄m eloquiū tuū eripe me
Eructabunt labia mea ymnū cum docueris me
iustificationes tuas· Pronunciabit lingua
mea eloquiū tuum· quia om̄ia mandata tua
equitas· Fiat manus tua ut saluet me quõ
mandata tua elegi· Concupiui salutare tuū
dñe· et lex tua meditatio mea est· Viuet ani
ma mea et laudabit te et iudicia tua adiuua

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9377, 29v – Horae
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-yknk/2638/41726)